

Annotatio.

1. Ἐλεγχῖς hic prescius, quàm in inscriptione libri, & in Titulo usurpatur, ibi enim omnes quinque scopos vox Elenchus, comprehendebat: hic saltem unum & primarium.

2. *Fallacia*, dicitur à *fallo*, quod est à σφάλω, αλῶ, quod propriè est *supplanto*, *prosterno*, ac Metaphoricè, *evertto*, itemq; *decipio*, circumvenio, in errorem induco. Σ abjicitur, quomodo à σφενδόνη est *funda*; à σμύρνη, *myrrha*, &c. Estq; hoc à ἔειπε *cecidi*, per Aphæresin. Sed maximè placet, *fallo* esse à Dorico φαλῶ. Nam .Φηλέω vel ὀω, notat ἀπατάω *decipio*, ut exponit *Suidas*, qui & Φηλώματα vertit ἐξαπάτας *deceptiones*. ὁ Φῆλς est, ἀπατηλὸς, *impostor*, *fallax*. Inde Φηλόσοφος & Φιλόσοφος valdè differunt. Porro φαλῶ, seu Φηλῶ videtur esse à νῆε, *occultari*. Α φαλῶ autem σφάλω præposito Σ, ut in aliis multis. Sed hæc obiter.

Elenchus ab *Homonymiâ* vel vocis ambiguitate propriè est in voce vel Phrasi, quæ πλεοναχῶς, in aliâ atq; aliâ significatione, ali-